



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ulrichi Hvtteni Eqvitis Germani Opera Poetica**

**Hutten, Ulrich von**

**[Frankfurt am Main], 1538**

**VD16 H 6395**

Ulrichi Ab Hvttten Eqvitis Ger. Ad Cardinalem Hadrianum, uirum doctiſimum, & Germanorum in urbe patronum, pro Capnione interceſſio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13027**

## INTERCESSIO

Exiguum est, quod nos tempus abesse ferēs.  
Ante quidem quā tu, uel quisquam credere possit,  
Polliciti cernes pondera plena mei.  
Cetera quæ cuperes, tibi nos responsa feremus,  
Armorum potuit litera ferre nihil.

**VL R I C H I A B H V T**  
TEN EQVITIS GER. AD CARDI  
nalem Hadrianum, uirum doctissimum, & Germano  
rum in urbe patronum, pro Capnione  
intercessio.

**I**nclyte Pierij tutor gregis, inclyte uates,  
Quo potuit reddi iudice Roma sibi.  
Cuius ab ingenio diuino tincta lepore,  
Legimus Arctoi scripta sub axe poli,  
Cuius & Hercynias quanquā ister obambulet arces,  
Mirari didicit carmen & ingenium.  
Fer Iuuenem Huttenum genua ad tua, uertice prono,  
Pro Capnione suo supplicis esse loco.  
Cernis, ut insensi conentur atrociam fratres,  
Et tot in afflictum millia stare senem.  
Intrepidus contra ille sedet, mens conscia recti  
Hinc fidit, pauidos expulit inde metus.  
Da media de plebe aliquem, da casibus istis,  
Non poterit tantis pulsibus esse satis.  
Spicca sceta quater iam torrida protulit a stas,

Stat



## PRO CAPNIONE.

Stat tamen, et facta sustinet orbe premi.  
Ardet Hogostratus, liuentiaq; agmina ductor,  
Ante agit, et tanto sufficit imperio.  
Fert rapidam dextra lædam, geminasque sinistra,  
Quem petit arsuras sub Capnione faces.  
Ebrius Ortuinus firmit, haud procul à duce, gnarus  
Depugnaturus ære ciere uiros.  
Quem sequitur, multisq; præit, gaudetq; uideri  
Tungarus, intuitu signa minace ferens.  
Quorum terga premit non enarrabile uulgus,  
Turbida Felsinei Phratia Domminici.  
Attonitiq; sophi, atq; obstipa fronte magistri,  
Terribilis stricto turba supercilio,  
Parte omni circum insidiæ, tela undiq; et hostes  
Tu uates uatis commiserare uicem.  
Ne tamen adflctis fer opem pater optime rebus,  
Si causa est, quare debeat ista pati.  
Miræ artes, summum ingenium, nota undiq; uirtus,  
Prima uiro tanti causa fuere mali.  
Qui nisi Cæsareis uoluisset cedere iussis,  
Hoc scelus haud ratio, cur pateretur erat,  
Consilium dixisse nocet, quis credidit unquam  
Obsequium dominis regibus esse nefas?  
Nec tu hos contemni debere putaueris hostes,  
Quos temere nostri non timuere patres.  
Cæsaris Henrichi cædes, mixtumq; uenenum  
Christi in pane, pij regis ad interitum,  
Et tua quam tetigisse potest Hieronymus etas.



## INTERCESSIO

Quiq; Nemetē si rure Vigandus agit,  
 Quiq; apud Heluctias iam uiuit Leiferus urbes,  
 Quodq; meo facinus tempore Berna dedit,  
 Et quod Parrhisia exemplum manauit ab urbe,  
 Quantum ausint, quæ sit uis, documenta dabūt,  
 Scilicet hoc quantū est, tulerint impunè tot annos,  
 Nunc decet ultrici plectere facta cruce,  
 Tu potes auxilio fessis succurrere rebus,  
 Tu potes hostilem conficere inuidiam,  
 Ni foret hoc durum, potui quoq; dicere, debes,  
 Teutona si frustra non uocat ora suum,  
 Te fidei commissa tuæ Germania legit  
 Tutorem populi nominis atq; sui.  
 Contingit proprios patronum orare clientes,  
 Ah age, quæ tua sunt, aspice magne pater,  
 Causa grauis, scelus est ingens, ingensq; periculum,  
 Ne contemne datas pro Capruone preces,  
 Qui, si qua occiderit (quod abominor) occidit unā  
 Teutonice gentis lux, patriæq; decus.  
 Interpone manum, serua lucemq; decusq;  
 Terræ eius, quæ te gaudet habere patrem.  
 Quid, quod Hogostrattus contra patriam imperiūq;  
 Proh facinus Galli flagitat hostis opem?  
 Flagitat hostis opem, nos contra oramus amici,  
 Disseream, si quid iustius esse potest.  
 Nos seruare decus patriæ conamur, hic audet  
 In patriæ clades hostica regna sequi.  
 Quod petit iniustum est, quid si quoq; iusta petisset,  
 Debui hæc, sed non debuit in patriam.



PRO CAPNIONE.

Desere, si quicquam meruit malè, desere, pro quo  
Nunc ego, contendit gens Alamanna prius,  
Et pro quo orauit toties te Cæsar amico.  
Sume meas, patriæ, Cæsaresq; preces.  
Contra iura metus nihil est, iniusta tinemus,  
Vimq; hanc, et quæ nos contrahit ira potens.  
Miscet Hogostrattus fas omne nefasq; per artem.  
Remq; adeò gerit hanc largitione palam.  
Ne queat insoues inimica potentia mores  
Obseruere, et uacuo fraudis obesse uiro.  
Per te istas oramus opes, per Cæsarem amicum,  
Et per fortunæ splendida dona tuæ.  
Per decus, et sanctæ reuigemia mœnia Romæ.  
Per si quid Roma sanctius esse potest,  
Perq; tuam, quam non nescit Germania, laudem,  
Per quod te tantum protulit ingenium,  
Insomnis miserere animi, miserere tuorum,  
Ne minus hinc quisquam gaudeat esse tuus.  
Vnius oramus uitam, unusque salutem,  
Sed cui multorum mixta pericla uides.  
Aut multis erit: erepto Capnione: triumphus,  
Aut uicto in multos ingruet ille dolor.  
Quisquis ab ingenio uicturam querere famam,  
Aut aliquid studuit laudis ab arte bona.  
Et si quis rectè didicit, quod discere rectum est,  
Et si quem sensu, non iuuat esse rudi.  
(Nam neq; iudice me, superest quid mitius illi.)  
Aut stabit, lapsa aut cum Capnione cadet.